

M. A. MVRETI

I. C. ET GIVIS ROMANI.

IV VENILIA.

Elenchum sequens pagella continet.

COMES ALSINOV S LECTORI,

Vis, Lector, Tragici sonum corhuni,

Vis, Lector, numeros Catullianos,

Vis, Lector, numeros Tibullianos,

Vis, Lector, numeros Horatianos?

En libro tibi dat Muretus uno.

Capitulo

Concordia

6

Del Colegio

de la Compa

de los de

Granada

S.B.R.E

Ex misericordia regni =

huius hic liber correctus

et ex Exurgentiam 1707

PARISIIS, Paulus de Cardenas

Apud Marcum Locqueneulx in monte D:

Hilarij, sub signo Concordiae,

1579.

C. M. PRIVILEGIO REGIS.



0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13

M· A · MVR ET I  
I. C. ET CIVIS ROMANI.  
IV VENILIA.

*Elenchus sequens pagella continet.*

COMES ALSINOV S LECTORI,

Vis, Lector, Tragici sonum cothurni,

Vis, Lector, numeros Catullianos,

Vis, Lector, numeros Tibullianos,

Vis, Lector, numeros Horatianos,

En libro tibi dat Muretus uno.



PARISIIS,  
Apud Mareum Locqueneulx in monte D:  
Hilarij, sub signo Concordia, 1579.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

IOANNIS AVRATI<sup>i</sup>  
in M. Antonij Mureti Inuenilia.

TRAGOEDIA, IULIVS CÆSAR.  
ELEGIAE.  
SATYRAE DVÆ.  
PIGRAMMATA.  
EPISTOLÆ TRES.  
ODÆ SEX.

T Am bona posse putas cuiquā inuenilia credi  
Carmina, digna viro, digna, Murete, sene?  
Quæ tibi tam tenus lime solertia rafit,  
Quām quod Praxiteles vngues poluit ebur.  
Ipse suum titulum nimia liber arte refutat,  
Auctorīq; e canos inficiatur opus.  
Tu hec aſſumes, licet omnia numina iures,  
Contra teſſat ars, ingeniumque tuum.  
Deme igitur titulum libro, vel deme nitorem:  
AEtatem mīdūs debet habere liber.

Georgij Buchanani Scotti.

Q Vanta in magnanimi cōſedit peccore Brutis,  
Pro patria virtus cum pia teta daret,  
Taſta animo, Murete, tuo ſeſe intolit, ore  
Aſtilo quo Brutus dum pia faſha canis.  
Ego licet claris raro non inuidia cœptis  
Fortuna, AEmathio ſparſerit oſſa ſolo,  
Ille iterum ſirgit per te poſt funera maior,  
Crescit & ingenio laus relinqua tuo:  
Et magis illaſtri gaudet decorata trophœo,  
Quam ſi Pyramidum contegat oſſa labor.

Εἰς τὸν βίβλον  
Μέρκη Αὐτωνίας τοῦ Μουρεύτου.

Τις, πόθινώ Μούρητ, ἐρχεται νέος ιπαλίδαιοι  
Κόσμος ἀνθεστάλαις, σῆς ἔνεκ δέσμην,  
Ηνὶ δὲ ὅσον μολαδίσας ἀποιλβεστιν ἐρωτᾷ,  
Πάντο θεισταγτοῖσιν βειθάλικα χαρίται,  
Ηνὶ δὲ ὅσην καὶ θέρειαν ἀπαντεγούν ἀοιδαῖ  
Αἰσσόν, κυλιθῶν πληγές ἀθρόμελῶν,  
Ηφλογή σῶν μελιών φλογερὰ χάρινιμερες  
ἴψεν,  
Ηδὲ κύπεις μελίθρον. ὄπαστεν ἀβροστήνιν.

Ι.α. Α'ντωνία Βαιφίσ.  
Τοῦ ἀντοῦ εἰς τὸν ἀντίν.

Σῶν Μούρητ, ἐπέων ωρσὸν τόδε, φρέξε λέοντα.  
Οἰος ἐφυμεγάλων τῷ μέγαν ἐξ ὄντων.

In Marcum Antonium Muretum Iani  
Antonij Baifij.

S Eu vixum est tibi dñis laudes aquasse virorum,  
Hand pudeat Flacci sic cecinisse lyram:  
Iulia seu Tragico deflentis funera versu.

2  
Marce, Sophocleo tu pede digna tonas  
Seu fers Margaridem lepido super aethera cantus,  
Cantas, quo inuidet Lefbia Margaridi.  
Quis tibi cedet honos pro tali carmine? cingat  
Lauro, hedera, myrto texta corona caput.

Comes Alfinous.

M V/a noſter amor, meum Muretum,  
Veſtrum & candidum & optimum Mure-  
tum,  
Qui vos uſquaeadeò canit canendas,  
Qui vos uſquaeadeò colit colendas,  
Quo nil cultius, elegantius ſue,  
Quo nil candidius, venustius ſue,  
Seu regum Tragico neces cothurno,  
Senſcribat, poſita ſeneritate,  
Venusbas Veneres, iocos, lepores,  
Et molles Elegos decente verſu,  
Facundo, lepido, aurēque verſu:  
Muſe, inquam, Amides meum Muretum,  
Veſtrum & candidum & optimum Muretum  
Vatem dicite, & approbate uatem.

In ocio negotium.

A ii

Stephani Iodelli Parfisi  
Epigramma.

**Q**uam Marcus, caso Cicerone, Antonius vib<sup>e</sup>  
L'eserat, eloquij dum cadit ense pater,  
In fundo Marcus leuat hanc Antonius i<sup>c</sup>tu,  
Restituit priscum qui tibi Roma decus.  
Nam quantum linguae debebat Martia Marci  
Roma, tua debet, Marce poeta, lyre.  
Æternum viues igitur, Murete, nec nullus,  
Qui Marcum posuit ledere, Marcus erit.

Eiusdem.

**C**aesar, Amor, testudo: mouet, delenit, infecat:  
Fletum, elegos, aures: sanguine, melle, sonis.

Ioannis Vermeliana V<sup>s</sup>cellici.

**Q**uid decipis nos, aut quid huic Tragœdie,  
Muvete, nomen, que/o, preponis tuum?  
Quis te, relictis tamdiu poeticis,  
Totum Platon, totum Aristoteli datum,  
Tam culta credat condidisse carmina?  
Ego hercle vera, quamquam amicus, eloquar.  
Dum tu sophoram scripta voluis pertinax,  
Nec auctor eorum ab amplectu potes,  
Muse hic vices, Murete, obliuerint tuas.

MARCI ANTONII MVRERI<sup>3</sup>  
IN LIBRVM IVVENILIVM AD  
clarissimum virum IANVM BRINONEM  
in senatu Parisiensi consiliarium Regum.

PRAEFATIO.



Æ PENV MER O sum ad-  
miratus, I A N E B R I N O,  
vir illustrissime, quo tandem  
fato contigerit, vt cùm è Gal-  
lia nostra penè innumerabiles  
exitierint in omni genere scientiæ præstâ-  
tes viri, poetarum tamen magna semper à  
nobis fuerit inopia laboratum. Idque eò  
admirabilius videri potest, quòd quæ ad  
poetas efficiendos plurimum valere dicun-  
tur, ingenij bonitas, linguarum peritia, &  
multarum magnarumque rerum compre-  
hensia cognitio, ea in perplurimis nostro-  
rum hominum, nihilo cæteris nationibus,  
ne quid arrogantius dicam, inferiora re-  
periiri queunt. Neque verò illud dicere  
possumus, grauiorum artium scientiæ ad-  
dictos homines Gallos operam ponere in  
his leuioris opera studiis noluisse: coru-

A*iiiij.*

## P R A E F A T I O .

enim qui ad versus faciendo animum adiecerunt, quædam propè infinita vis facilè non tam voluntatem eis, quam euentum defuisse declarat. Quòd si id nobis Græco tantum, aut Latino sermone contigisset, fortè caussam illius paucitatis in earū linguarum peregrinitatem reicere licet: nunc verò cùm idem in eo contigerit, quē à nutribus, vñā cum ipso, vt dicitur, latē combibimus, aliam omnino caussam necessariò cogimur suspicari. Scio, hoc quod dicturus sum, quantopere nonnullorum animos mordeat: sed tamen & verissimum est, & mehercule iam notius, quam vt negari amplius possit. Qui se vernaculo nostro sermone poetas perhiberi volebāt, perdiu ea scripsere, qua delectare modò ociosas mulierculas, non etiam eruditorum hominum studia tenere possent. Primus, vt arbitror, PETRVS RONSARDVS cùm se eruditissimo viro IOANNI AVRATO in disciplinam dedisset, eoque duce, veterum vtriusque linguæ poetarum scripta, multa & diligentí lectione triuisset, transmarinis illis opibus sua scripta exornare aggressus est, cuius postea exempla

## P R A E F A T I O .

4

plum insecuri I. ANTONIVS, BAIIVS,  
I. BELLAVIS, aliisque permulti, breui tempore tantos fecere progressus, vt res vel ad summum peruenisseiam, vel certè haud ita multo post peruentura esse videatur. Idem in lingua Latina multum abest, vt dicere licet: in qua cùm ex veteribus ab Ausonio, ex recentioribus à Salmonio, & aliis duobus fortè, quo summum tribus discesseris: vt Græci proverbio dicunt esse multos quidem qui boves stimulent, sed raros aratores: ita dicas, licebit, multos quidem esse qui versus faciant, sed raros, planèque ἐνεργητοὺς poetas. De iis loquor, qui scripta sua in publicum edidere: scio enim & alios esse sat multos, & imprimis cum quem supra nominaui, Ioannem Auratum, qui vel solus, vel præcipue, siquando sua emiserit, effecturus est, ne ulterius suos Iouianios, Actios, Molas, Flaminios Italizè inuideat Gallia. Cū igitur, vt ad institutum redeam, in tanta ingeniorū bonitate, in tanto doctissimorū virorum prouentu, in tanta adolescentium poetices studiorū emulatione, quasique riualitate, tantam poetarum raritatem ani-

P R A E F A T I O

maduerto: nihil ferè aliud comminisci possum, nisi esse quandam, ut cæterarum rerum, ita studiorum quoque tempestuitatem: statisque quodammodo cœli conversionibus fieri, ut modò in hac, modò in illa facultate certi homines præstantes & egregij existant. Quod si est, bona spes me tenet fore, ut sub H E N R I C O rege Christianissimo, tanquam olim sub Augusto, poetarum ingenia excitentur. At de his quidem facis: nūc tempus est, ut de meipso tibi dicere aliquid incipiam: qui cùm etiā puerulus, & à teneris, ut Græci dicunt, ynguinalis admirabili quodam poetices amore flagrassem, multa etiam penè in omni genere carminis, veteres, quo ad per vires licuerat, imitatus conscripsoram: quorum, paulò grandiosas factus, nonnulla tardipedi, ut ait Catullus, deo dicaram, nonnulla proieceram, nonnulla etiam, ut fit, penes me retinueram. Ea igitur cùm haud ita pridem amicis quibusdam meis, quibus ego plurimum in hoc genere tribuo, communicarem, non eis solum illi calculum suum adiecere, verum etiam autores mihi fuerunt, ut edenda eorum saltē aliquā

P R A E F A T I O.

parte iudicia hominum expericer. Assensum sum, ut quod verū est, ingenuè fatear, non admodum grauare: tum quòd res non magni periculi videretur: tum quòd facile considerem fore me, si non, ut ait Horatius, extremum primorum, ut certè extremis usque priorem. Subsecuius igitur horis, aliquid mihi tempusculum à philosophiæ, & iuriis civilis prælectionibus, quibus assidue occupatus distineor, ad hæc exscribenda, & in ordinem vicunque redigenda sumpsi: nam perpolire & limare accuratius neque magnopere libebat, neque per eas, quas modò dixi, occupationes liquebat. Feci autem, quod locupletes interdum cenopolæ solent, qui multa hospitiis vini genera gustanda proponunt, electuris quod ad palatum maximè fecerit: nam ita & nos multa poëmatum genera proposuimus, ut si fortè in aliquo lectoribus fecissemus satis, in eo plura porrò emittere pergeremus. Hoc autem quicquid erat libelli, lauenilia inscribere placuit, ut si quid fortè interdum lascivius dictum esset, ipsa nos apud seuperiores excusat in scriptio. Ac initio quidem decrenerā cum

P R A E F A T I O

P R A E F A T I O  
nemini cuiquam dicare, vt qui tanti esse nō  
ducerem: quod consilium cur postea muta-  
uerim, intelliges. Cūm iam in eo excuden-  
do librarij essent, fortè die quodam  
accidit, vt ex studiorum laboribus peius-  
culè me haberem. Venere ad me, pro no-  
stra familiaritate Comes Alsinous, I. Anto-  
nius Baifius, Stephanus Iodellus, vt allo-  
quio suo & partem meæ molestiæ alleua-  
rent, & paulatim eximerent diem. Ibi mul-  
tis vltro citroque habitis verbis, tandem  
de his etiam nugis injectus est sermo, pri-  
mùsque Baifius rogauit ex me, eccliaam  
librum meum dicare meditarer. Tum ego,  
id quod res erat, nemini. Ibi tum Comes  
hortari me cœpit, tibi vt eum inscriberem:  
pergratū id tibi, pérque acceptum fore: si  
mùlque nactus dicendi campum, cùm alia  
multa de te honorificentissimè cōmemo-  
rare cœpit, tum ea quæ tu in Ludouicum  
Querculū hominem optimum, & doctissi-  
mum, institutore olim tuum, benignissimè  
& fecisti, & quotidie facis: quæ ethi omnes  
optimè noueramus, nemo tamen erat, qui  
nō in Comitis de tua laude dicitis oratio-  
ne libenter acquiesceret. Quid quæsis? Cū

aliquandiu reluctatus fuisse, veritus ve  
parū decorum videretur ista tam pusilla in  
tuo tanti viri nomine apparere, ad extremū  
tamen me persuaderi passus sum: quod eò  
dico, vt si fortè mea tibi parum probabitur  
audacia, Comes ipse mecum culpæ susti-  
neat partem. Valde autem te oro, vir illu-  
strissime, vt dum tibi alia grauiora moli-  
mur: hoc, qualecunque tandem est, æqui  
bonique consulas. Tibi quidem integrum  
est, huius veluti glebae apprehensione totū  
agrum, vt optimus, maximusque est, si col-  
libuerit, vendicare. Quod vt facias, vehe-  
menter te etiam [atque etiam] rogo. Vale.  
Lutetiaz. 8. Calend. Decemb. 1552.


P E R S O N Æ D R A M A T I S.

I V L I V S C A E S A R . M . B R V T V S .  
C . C A S S I V S . D E C I M ' V S B R V T V S .  
C A L P V R N I A . N V T R I X .  
C H O R V S C I V I V M .  
R O M A N O R V M .

M. A. M V R E T I  
IVLIVS CÆSAR.

Actus Primus.

CÆSAR.

  
AM tota penè terra Romanos  
timet,  
Et quā resurgens aureis Phœbus co-  
mis  
Indos propinqua subditos tingit face  
Et quā cadentes pronus inflectens equos,  
Grate soror cedit alternas rives,  
patruique lasso stagno crispat lumine.  
Quacunque Nereus margines terræ premit,  
Regas vel ipsi Cœsar is nomen timent.  
Numerent triumphos, cùm volent alij suos,  
Séque à subactis nominent prouincias:  
Plus est vocari Cœsarem; quisquis novos  
Aliunde titulos querit, is iam detrahit.  
Numerare ductu vis meo uictas plagaras?  
Percurrito omnes. Ipfa vi et fric' gen' ium  
Milii Roma cessit; Ille tam me gravis gener,  
Ut penè nomini duceret iam impar sibi,  
Terita marique fusus agnouit meas

  
J. S. dell'ancora

## IVLIVS

Prestare vires: quémque noluerat parem,  
 Tulit priorem: Thessali cede hostium  
 Maduere campi: principum membris canes,  
 Auctusque pasto: ductor ipse exterritus,  
 Fugare suetus, fugit, & notos petens,  
 Sensit manere raram in arunnis fidem.  
 Quid ergo restat, quidue dignum Casare.  
 Subacta tellus, exhibere ultra potest?  
 Caelum petendum est: terra iam vident mihi.  
 Supreme rector, qui verendo fulmine,  
 Iratus, orbis utrumque per terres polum,  
 Si verus esse sanguis Ascanij putor,  
 Generisque nostru tu ipse princeps auctor es,  
 Regni me in aliquam recipito partem tui.  
 Ausos ut inter splendidum stidus meos,  
 Matris Diones proximam afficiam facem.  
 Iam vel mihi, vel patrie vixi satis:  
 Quid teneor ultra? Iam mihi exactum est, geri  
 Sago, togáque quicquid excium potest.  
 Hostes perempti, ciuibus leges date,  
 Digestus annus, redditus facris nitor,  
 Compostus orbis: cogitar nec queunt.  
 Maiora cuiquam, nec minora à me geri.  
 Vivam oculos? at id quidem vix vivere est.  
 Nec sol quietem, nec bonus princeps capit.  
 Cùm vita partes munera fungita est sui,

Mors.

## CAESAR.

Mors pro p̄a non quam, sera non nunquam venit.  
 Mibi multa vates dira minitantur quidem,  
 Suadéntque amicis ut meum stipe latus:  
 At enim timere Caesaris nunquam fuit.  
 Ignava mens rebūque non exercita  
 Vereatur atra mortis incertum diem:  
 Generosus animus, quique se nullo vides  
 Scelere impiatum, semper est liber metu.

## CHORVS.

Sors rerum domina omnium  
 Non ut quā stabili fixa manet pede,  
 Sed vultum aſsidue innovans,  
 Incertisque rotans omnia flexibus,  
 Alternas variat vices.  
 Seu mitis faueat, sine prema nocens,  
 Vento mobilior volat.  
 Illam si nitida fronte reliquerit  
 Abdens lampada Deliu,  
 Idem flaminu monos cùm moderans equos  
 Mondo reficit diem,  
 Sub vultu poterit cernere nubilo,  
 Quae p̄f̄ns erat, additam.  
 Nec solum exquis rebus in aestuans,  
 Prinatas agiat domos;

## I V L I V S

Ipsiſ imperiis, dum libuit, nonam  
 Inducit faciem ferox.  
 Hec regum arbitrio nos voluit regi,  
 Donec Tarquinij furor  
 Commouit proceres, tam rigidam ut semel  
 Cernice excuterent iugum.  
 Hinc nos cura patrum, curaque Consulatu  
 Tutos semper ab exteris,  
 Nam per longa satis tempora prestiti:  
 Non à seditionibus,  
 Quas penè assiduas exitia litarer  
 Perueniſ imperij ſitis  
 Nonnullorum animis infita commouet.  
 Hec Gracchis animos dedit:  
 Hec Syllas, Mariisque in patria luem  
 Armauit. Sed opus quid eſt  
 Prifta exempla referre? Hec quoque Caſarem,  
 Commisit genero: neque  
 Impositus prius eſt horum odiis modus.  
 Quād Mars sanguine cuium.  
 Campis Pharsalicis vndeque tinxerit.  
 Tum, Pompei, caput in tuum  
 Belli terrificus detonuit frigor.  
 Nunc Caſar ſolio inſidens  
 Optat fruſtum, prōque libidine  
 Solus temperat omnia.

## C A E S A R:

Sic iam nomine ſub noſo,  
 Regni forma redit vetus.  
 Atque hoc ſcilicet efficit  
 Non uſquam ſtabili fixa manens pede.  
 Sors rerum domina omnium.

9

## Actus Secundus.

## M. B R V T V S.

**Q** Vouſque tandem, Brute, virtutem tuas:  
 Dormire pateris ociosam, degener?  
 Quousque diſfers ciuitatem liberam  
 Tua videre vindicatam dextera?  
 Nihilne te virtus thorum commouet,  
 Noménque Bruti: nil gementis patriæ,  
 Preſſa à tyranno, opemque poſcentis tham.  
 Conditio duraznil libelli ſupplices,  
 Quis Brutum abeffe ciuitatis vindicem  
 Ciues queruntur hec parum ſi te mouent,  
 Tua iam, vir ut ſis, te ſatis coniux monet,  
 Fidem crurore que tibi obſtrinxit ſuam,  
 Testata ſic ſe anunculi prolem tui.  
 Si ab exequendis te auocat cœptis timor,  
 Animusque pigro torpet ignanus gelu,  
 Exſemina perdiſce, quid deceat virum.

B 4

## IVLIVS.

An verò stirpis auctor, & princeps tue,  
Dominacione ciuitatem regia  
Quod liberarit, post honores maximos  
Complexus astra est: Serulius, à quo tua est  
Deducta mater, Melium in causa parti  
Peremuit: unum exempla te per talia  
Pigebit ire, & gloriari adipisci parem?  
Mucrone saluo, atque artibus adhuc integris,  
Videre Brutus, & pati regem potest?  
Inde audemamus magnum aliquid & nos quoque:  
Mactatus, hacce dextera tandem cadat,  
Qui, quandocunque ceciderit, sero cadet.  
Pro patria configere, anguriam optimum est.  
Generosiores frenia detrectant equi:  
Nec nisi coacti perferunt tauri ingum:  
Roma patitur, quod recusat bellum?  
Reges adorent barbara gentes suos,  
Non Roma mundi terror, & mundi stupor:  
Viuente Bruto, Roma reges nesciet.  
At verò non rex iste, sed dictator est.  
Dum res sit vna, quid aliud nomen iuuat?  
At nomen illud refugit, & oblatas sibi  
Reicit coronas, fingere hoc, & ludere est:  
Nam cur Tribunos igitur amouit loco?  
At mihi & honores, & semel vitam dedit:  
Plus patria illis omnibus apud me potest.

## CAESAR.

Qui se tyranno in patriam gratum exhibet,  
Dum vult ineptè gratus esse, ingratius est.  
O rem pudendam! mollis & vix vir satis,  
Regit Quirites Maris ortos sanguine,  
Totumque nutus pathicus orbem temperat.  
Accingere, & vim, Brute, nunc profer tuam:  
Accommoda orsis venit implendis dies.  
Phœbus renascens subditos ciues inge,  
Seriosoque vidit: liberos videat cadens.

12

## CASSIUS BRUTVS.

**Q**uius alto nivea virtus pectore  
Sperare Romanam sola depresso inbet,  
Magnapime Brute, Phœbus aurato diem  
Adduxit ore, tandem optata mīhi,  
Qua patria nostra libera euadat manus.  
Ita fausta votis fors meis respondeat,  
Ut hcc tyranni virulentum sanguinem  
Haurire dextra gestit & vix se tenet:  
Vtque hec nihil me cogitantem prater hec  
Nox tota vidit: sic in illum me feram,  
Sic inuolabo, sic mucronem pectore  
Condam scelpto: fors & ipsi dentibus  
Ceruice dira, noxiū abscindam caput;  
Cruento ut ore, prodicens in publicum,

B. iiij

## IVLIVS

Clamare possum, Roma tandem libera est:  
 Ferus ille animus, & publici iniurias boni,  
 Tenuis in auras dissipatus vanuit.  
 Tunc si vel atra morte sit pariter mibi  
 Mutanda vita, letus atque alacer cadam.  
 Bene moritur, qui patriam moriens innat.  
 Quid tu? quid alta mente tecum missas?  
 An non eodem prorsus affectu cales?  
 Effare: nam quamus legi in vultu potest,  
 Orationis sum tamen cupidus tuus.  
 BRV. Quid me plura loqui opus est, Casus?  
 Iam mea tibi constantia nota est?  
 Semel inter nos stetit, aut vitam  
 Pectore fortis simul abiicere,  
 Aut patriam transdere in antiquam  
 Libertatem, semel hoc dictum est.  
 Aut hoc necessa est perfici, aut Brutum mori.  
 CASS. O Romule gloria gentis,  
 Quam tibi verè rigido incoctum est  
 Pectus honesto! quam tua me animi  
 Oratio securum esse ubet!  
 Vnus mihi nunc scrupulus restat,  
 Vnde opera confidiendum  
 Cum Cesare ipso censas Antonium.  
 BRV. Iam sepe dixi id esse consilium milii,  
 Sal sis perire et cibis tyrannida.

## CAESAR

II

CASS. Perimitur ergo ab infimis radicibus  
 Ne quando poshat casarursum pullulet.  
 BRV. Latet sub uno tota radix corpore.  
 CASS. Itan' videtur amplius nil proloquar.  
 Tibi pareatur: te sequimur omnes ducem.  
 Vide modo, vt cum opus erit, ad sis, BRV. video.  
 CASS. Ego interim meque & meos paraero.

## CHORVS.

**Q** Vicinque forti pectora, patriam  
 Prefere vite non dubitat sue,  
 Vi vel per enses, propter illum,  
 Oppositosque feratur ignes:  
 Non summus illi rerum opifex Deus  
 Pigro reninxit pectora frigore,  
 Sed spiritus cessit superbos,  
 Indomitamque timore mentem:  
 Et bullienti plurima sanguine  
 Celestis aura semina condidit,  
 Et dixit, I, plebem prementes  
 Contare, nil voritus, tyrannos.  
 Hac arte prestans Harmoniam, suos  
 Seruauit, uno mixtus amiculo:  
 Nunc utriusque excelsa florent  
 Nomina non tribuenda fertur.

B iiiij

## IVLIVS

*Quos si oculos tua sequens timor  
Fortè auocasset rebus ab arduis  
Qui mortuos consumpsit ignis,  
Nomina non minus obruiisset.  
Caret seuerus criminis Carnabas  
Et laude dignus creditur, haud probro,  
Quamvis ferocem cede dextram  
Tingere nil veritus paterna.  
Odit tyrranos Iuppiter, & faneat,  
Cum quisquam in illos consilium parat,  
Illi que natus sape tradit,  
Comigibus sue suis necando.  
O quod, quibusque est plena periculis  
Sors imperantium praepucie quibus  
Non ciuium concors voluntatis,  
Sed regimen peperere vires.  
Plebem timeto, qui solo insidens,  
Plebi timeris, fons odij timor  
Audere insit multa multos.  
Sepe gelu calor excitatur.  
Rarus tyrrannus morte perit sua:  
Illos veneno cauta necat manus,  
Hos plebis irata tumultus,  
Hos rigidus gladio satelles.  
Multo ille vitam tutius exigit,  
Quicunque pars primus in edibus.*

## CAESAR.

*Nullum timens, nulli timendus,  
Pelle sub exigua quiescit.*

12

## Actus Tertius.

## CALPVRNIA NVTRIX.

*O Dil molestis tollite omen somnis,  
Nec sinite, queso, pondus ullum tam malis  
Inesse visis, horror artus concutit,  
Cor pisiisque totum frigidus sudor lauat,  
Quoties recordor: menisque nescio quod malum  
Prisagit ipsa NVT. alumna, quidam esse hoc putem  
Mæ, quod ore, & lacrymis manantibus,  
Secreta queris, tæque nobis subtrahis?  
Que causa fletus? quisque tam subitus dolor  
Turbare mentem tam citè potuit tuam?  
Potestne stendum quippiam contingere  
Nupta viro, qui penè fortunam regit?  
CAL. Dilecta nutrix, quid mihi infest, nescio:  
Sed me misellam minus invaserit timor.  
NVT. Conceptus vnde? CAL. Ne libi, vel si velim,  
Celare possum, visa noctis proxime  
Me terrue, aut: victa nam postquam dies  
Hesternae es sit, nōxque nigro tegmine,  
Involutus oris item ceca telluris globum,*

## IVLIVS

Amplexa blandum Cæsaris collum mei,  
 Placida quiete vix resoluti cœperam,  
 Cum mihi repente visus, heu nutrix mea,  
 Retine labantem. NVT. Alumna habeo animum  
 Sopor timore; sepe vano obiicit. (bonum,  
 Narrare perge cuncta, velut occuperas.  
 CAL. Cæsar meus, nutrix mea, heu, Cæsar meus,  
 Meus ille Cæsar, quo mea timixa est salus,  
 Mihi visus vinas inter effusas meas,  
 Iacere multo sanguinis, & tabo fluens,  
 Multisque plagi pulchra fuisse pectora.  
 Tum mihi quietem, subitus excusit timor.  
 Misera arctius repente complor virum,  
 Pectusque tento, quicque somnus fixarat,  
 Vix falsa credo: vix habeo manibus fidem.  
 Heu! quid decorum, talibus visis, mibi  
 Minatur ira, quid due portendit malum?  
 NVT. Omittit questus, neque nondū virgens malum  
 Celerare perge. Qui malum timet immens,  
 Geminat timendo. Siue nil instat mali,  
 Fallaxque mentem imago turbavit tuam,  
 Caro vana veros caussa producit metus?  
 Seu (quod repellant sancta diuum numina)  
 Mutata Roma fata quid gravius parant,  
 Tamen haud timendum est. Rite conceptis deos  
 Mollire votis, thuraque aris omnibus

## CAESAR.

Adolere prestat, non inexorabilis  
 Mens est deorum; sepe fleuntar prece.  
 Quanquam equidem, aluvia, inflare nilexistim;  
 Sed vana mentes sepe ludunt somnia.  
 Quād sepe inanis est mihi obiectus timor,  
 Sic somniant? nulla ineft somno fides.  
 Quis tam vel audax, Cæsarem ut petere audeat,  
 Vel tam impius, petere ut velit patriæ patrem?  
 Quotquot vel error, vel voluntas pertinax,  
 Vel inuidia Cæsari inimicari tuo,  
 Partim verendus percult Martis furor,  
 Miranda partim Cæsaris clementia.  
 Seruauit, & seruando, amicos reddidit.  
 An nullus ingenio esse tam immani queat,  
 Debere vitam ut cui suam se intelligat,  
 Illius ipse tentet insidiis caput?  
 Omitte questus, abiice ea animo metum.  
 Venti leues tua dissipabunt somnia.  
 CAL. Ita di velint, vicunque sit, saltum virum  
 Precabor, ut se contineat hodie domi.  
 Vbi quid timetur, cautio nunquam nocet.

## CHORVS

I Am dies Anna redit Perenne:  
 O quo in letis, Tyberine, ritis

## IVLIVS

Senties Iusfas hodie venustos!  
 Quot puellorum pedibus premiris  
 Candidi quot te iuuenes reniferis,  
 Quidot seres! qui dehinc titubante gressu,  
 Sepe siccatis madidi culillis,  
 Nare de crispa tremulum vibrissen,  
 Et vacillantes agitent choreas.  
 Dil procul leuum teneatis omen,  
 Ne malum quicquam finit uenire,  
 Quoniam in uulnus populus ferono  
 Posit antiquos celebrare ritus:  
 Tuta sed vestro aſſiduè perennet  
 Roma fauore.  
 Nil in humanis ſtabile eſt putandum:  
 Sepe fecures inimici lufus  
 Horrido turbat Nemesis flagello,  
 Gratiaque in luctus, geminiisque amaroſ  
 Gaudia vertit.  
 Abſtine o densa ſata nocte virgo,  
 Virgo, que voces reprimis ſuperbas,  
 Et feris ſceptro nimium potenti  
 Magna locutus.  
 Romuli te gens colit, & veretur:  
 Cui premas, quide uenerantur, & qui  
 Debito adducti tua prosequuntur  
 Numina cultu?

CAESAR.  
Actus Quartus.

14

## CAESAR. CALPVRNIA. D. BRVTVS

**N**E deprecare turpe me fractum metu  
 Defiſtere eſſet. CAL. tam nihil apud te valēt  
 Vxoris (heu!) pendam exanimis preces?  
**CAES.** Quid? ſomniis me credere tuis poſtulas?  
**CAL.** Non, ſed timori ut non nihil tribuas meo.  
**CAES.** At iſte ſoli inititur ſomniis timor.  
**CAL.** Finge eſſe vanum: tribuito aliquid coniugio.  
**CAES.** Etiam petenti, quod decus ladaſ meum  
**CAL.** Non: ſed petenti, quod caput feruet tuum.  
**CAES.** Define timere. CAL. Audere define tu prius,  
 Tuque ſi adeo ſpernis uxorū metum,  
 Mouere uatum oraculis minacibus,  
 Periculosa qui tibi hanc lucem admonent.  
 Si ſpectra, ſi te amſpicio, ſi fibre monent  
**CAUERE.** & hunc meum timorem compreſbant,  
 Quid in paratam pertinax mortieru ruis?  
**CAES.** Quando timore ponere aliter non potes,  
 Ne nos tibi querari omnino nihil  
 Tribuere, mittatur Senatus in hunc diem.  
**D.BRVT.** Magnanime Ceſar, quod tibi verbum ex-  
 Tene potuisse Barbarorum copias, (cidit?  
 Nil menta mota, fortiter contemnere,

## IVLIVS

Non posse nunc tennere mulieris somnia?  
 Vbi pectoris vis illa precellens tui est?  
 Quam sensit olim, quique septeno videt  
 Ivlum per arua profuentem gurgite,  
 Quique glaciali colla suppositus polo,  
 Concreta pigro maria solcat marmore,  
 Et quos rapaci Rhodanus vnde verberat,  
 Galli feroce?ò statum deterrimum,  
 Si Caesar orbem, Caesarem mulier regit.  
 Confende currus, leta victrix, aureos,  
 Gemanitibusque peruehitor urbem retus,  
 Totius orbis sola dominorem domas.  
 Veteres triumphos Roma nunc fileat suos,  
 Et militaris conticefcat gloria:  
 Inuitus armis Caesar hodie vincitur.  
 Quid, Caesar, animi patribus creditis fore,  
 Si te inibes conuscatos inffris  
 Abire nunc, redire, dum Calpurnie.  
 Meliora se?e obiecercint insomnia?  
 Vade potius constanter, & nomen cape.  
 Partibus timendum: aut, hoc minus si te innat,  
 Prodotio saltem, atque ipse patres mittito:  
 Ne negligi se, aut ludibri? haberi putent.  
**CAE.** Incertus animi, & hic, & illuc distraheri  
 Qualis per aequor concitum bacchantibus.  
 Deprensa ventis fertur incerto ratis

## CAESAR.

**A**gitata cursu: pellit illinc Africus  
 Creber procellis, Eurus hinc, illinc Notus:  
 Sic me hinc tua, Calpurnia, inflectunt preces,  
 Hinc dicta Bruti: sed tamen quando semel  
 Vel cadere prestat, quam metu longo premis:  
 Non si trecentis vocibus vatum auocer,  
 Non si ipse voce propria praesens deus  
 Moneat pericli, atque hic manendum suadeat,  
 Me contineto. Define, uxor conqueri.  
 Eamus: omnis iacta nobis alea est.  
**CAL.** Abiit, mea nil dicta moratus.  
 Di, qui Rome geritis curam,  
 Quo vos fas est cunque vocari  
 Nomine, si vos manibus puris,  
 Mente que casta semper colui,  
 Seruare meo in Cesare Romam.

15

## CHORVS.

**C**reditur vulgus muliebre nunquam  
 Consilii micam dare profuturi,  
 sed rapi affectu, penitusque sana  
 Mente carere:  
 Sed tamen si quis bonus estimator  
 Rem putet recta ratione totam,  
 Dies in multis micuisse magnam

## IVLIVS.

Consilij vim.  
 Ilion numquam cecidisset olim,  
 Imo adhuc arcus Priami manarent,  
 Si deo plene Paris audisset  
 Dicta sororis.  
 Illa, cum lata tumidus rapina  
 Raptor ad sedes patrias rediret,  
 Dicitur totam resoluta crines,  
 Isse per urbem,  
 Clamitans, turpem procul ire mæcham  
 Cogite, ô Teucri, gerit illa secum  
 Mænibus vestris Phrygiaque fata,  
 Ultima pubi.  
 Cede iam campos video madentes:  
 Iam ferox gnatus Thetidos marine  
 Hinc, & hinc strages geminat tremenda  
 Cuspidi pugnax.  
 Iamque mutato Simois colore  
 Inficit ripas, galeasque secum  
 Voluit, & fortis madidas iuuentæ  
 Sanguine cetræ.  
 Ah dolor! sanctas etiamne ad aras,  
 Exuis vitam, genitor senilem?  
 Nec vel Hercæus cohobet furentem  
 Impitter iram?  
 Hec, & his multò cecinisse plura

Dicitur

## CAESAR.

Dicitur quondam finibunda vates:  
 Sed dolor Phæbi uictuit superbos.  
 Credere Troas.  
 Pertinax quisquis sibi credit vni,  
 Ceteros spernens melius monentes,  
 Ille, si capti pereat sub ipsis,  
 Iure peribit.

16.

## Actus Quintus.

## BRVTVS, &amp; CASSIVS.

Spirate ciues: Cesari interfectus est,  
 Ille, ille Cesari, patrie terror sue,  
 Hostis senatus, innocentum carnifex,  
 Legum ruina, publici iuris lucis,  
 Cuius rapinas neper, & libidines:  
 Agnorit orbis totus, & perpeccus est,  
 In curia, quam oppresserat, oppressus iacet.  
 CASS. En, Roma, gladiis adhuc tepentè sanguine:  
 En dignitatis vindicem dexteram tuæ:  
 Impurus ille, qui furore nefario,  
 Rabieque cœca, te, & tuos vexauerat.  
 Hac, hac manu, atque hoc, huccè gladio, quæ vides,  
 Consauictus, & omnibus membris lacer,  
 Vindam crux, & animam euomuit simul.

G.

BRV. *Ite, ite cives, conuolate in curiam;  
Mentem nouo saturate iam spectaculo.  
Immanis ille latro, qui regnum sua  
Iam sp̄ vorarat, patrie oppresse iucubans,  
Anima probris plena omnibus stolbatus est.  
Ite, & cadaver illud obscurum feris  
Date laniandum, quō feram absumant ferē.*

CASS. *Erymantheum perculerat Alcides aprum,  
Hydrāmque flammis pertinacem extinxerit,  
Lap̄sumque calo, iterumque calo redditum  
Consecerit leonem: in uno corpore  
Sexcenta nobis monstra debellata sunt.  
Si strenuis iustus datur factis honos,  
Tua, Brute, fasto ampliabit gloria.*

BRV. *Quicunque mente patrūm seu premit,  
Subsq̄ue cives subdit, ut seruos, sibi,  
Dum blandientis iam tenet summum rote,  
Ipsoisque penè temnit equalis deos:  
Simul atque versus cessat astrorum fauor,  
Et constitutis tempus adduxit vices,  
Cadit, siisque cetero; casu monet,  
Virtute dempta, ne quid eternum putent.*

CASS. *Sic, sic tyramni debitas penas luunt,  
Nunquamque sicca finiant vitam necē.  
Eamus hinc, & editam capitolij  
Scandamus arcem. Roma tandem libera est.*

**E**hen quis aures nuncius tetigit meas,  
Cecidiſſe dira Caſarem Bruti manu!  
O ſomniorum iam nimis veram fidem!  
Sic miſere quondam Troici coniux ſenīs,  
Quam joniariat, tulit, & expeſta eſt faciem.  
O, que dolori verba ſufficient meo!  
Dehifce terra, mēque miſerandam abripe,  
Aut vos nefandi parricide, hūc, hūc citio  
Venite gressu, quōque ferro coniugem  
Meum m̄castis, me, me eodem tolite.  
Secunda vestrar hōſtia expeſto manus.  
Cupide madentem coniugali ſanguine,  
Iugulo mucronem, aut peſtore excipiam meo.  
Nondum litati, Brute, perficio ſacrum.  
Nondum peremptus Caſar eſt: pars illius  
Maneo ſuperfes, non mea vitam tibi  
Vir denegar; ne mihi mortem nege,  
Moriar ſemel, quō definiam toties mori.  
At tu doloris turba noſtri particeps,  
Dum languidus paſſatim animus abſumitur,  
Et membra linquens tabida, petit Caſarem,  
Adiungit moſtam fletibus vocem meis.

CHO. Aetheris alti lugat orbis:  
Tūque o radiis incinete caput,

## V V L I V S

Volucris splendens arbiter ambi,  
 Propera pulchros abdere vultus.  
 Tu quoque false dominator aque,  
 Valido terram concute sceptro.  
 Omnis meorum patefaciant.  
 Ille subalte gloria terre,  
 Nunc repetiti gloria cælum,  
 Vno Cæsar Ione patre minor  
 Liquit terras.  
 O impuri! o illaudati!  
 Quorum sacrilega manus potuit  
 Tantum mundi extingueri lumen?  
 Que vobis sint supplicia satis?  
 Quis taurus, quis rote, quis gladius.  
 Posit refrum equare furorem?  
 Vobis tellus, vobis aether,  
 Vobis denoget vnde quietem,  
 Vos vulICES agitent flagis,  
 Illa cruentis agitet flagis,  
 Altera tetra coquat igne genas,  
 Tristes alia obiciat colubras,  
 Que se vestro sanguine pascant:  
 Stygia donec sede receptos  
 Lanet rastro vultur adamco,  
 Vexet iniquum AEsculide pondus,  
 Et supplicij quicquid acerbi.

## C A E S A R.

Secleratos exagitat manes.  
 At tu nostri causa doloris,  
 Multum flete, & multum fende,  
 Hos bone planctus accipe, Cæsar.

18

## C A E S A R.

**Q** Vid calitum me fletis adiunctum chores  
 Non luridi me stagna Cocytii tenent,  
 Sed templi celi: non maligne me furor  
 Tetigit cohortis: ipsa iam genitrix manus  
 Me collocarat inter astrorum globos:  
 Simulacra tantum nuda dilaniata sunt:  
 Nec ipse cecidi: umbra cecidit tantum mea.  
 Definita fliere: lacryma miseris decent:  
 Qui me furenti (vera premonio, indiges)  
 Sunt animo adorti, non inultum illud ferent.  
 Heres mee virtutis, ut sceptri mei,  
 Nepos sororis, arbitrari pro suo  
 panas reposcat: ponite modum luctibus.  
 Ego ad alta cœli tecta stellantis feror.

## C A L P U R N I A.

**V** Nde, queso, rex ad aures ista peruenisti mea?  
 En sonum, marite, dulcem vocis agnoscere tuas:  
 Non iniqua te peremit parvicularum manus:  
 Vixi, & receptus astris, latus afixus Ioni.  
 Quo soles, bonus, favore perge complecti tuos.

C iij

**S**vnt manes aliqui: **V**inque diem ultimum  
**A**dduxit fera mortis, est aliquid tamen,  
**Q**uid vitat Libitinam,  
**E**xtractisque fugit rogos.  
**I**d si, dum vegetat membra, datum sibi  
**V**ite currículum puriter egerit,  
**N**ec se turpificarit  
**I**mpuris scelerum notis,  
**M**ox, ut corporeo carcere liberum est,  
**R**iussus fidereas consolat in domos,  
**Q**uia Saturnia lacte  
**S**ignavit proprio viam:  
**A**tque illuc numero cœlicolum additum,  
**C**ælesti ambrosie gramine vescitur,  
**E**t carchesifasaci  
**P**lena nectaris ebit.  
**H**ec olim hand dubiè premia vos manent,  
**Q**uicunque innocuo pectori simplices  
**V**irtutemque tenetis,  
**E**t canam colitis fidem.

FINIS.

M. A. M V R E T I<sup>19</sup>  
 ELEGIARVM  
 Libellus.

## Elegia Prima.

**N**on ego Cadmeos meditor committere fratres,  
 Quorum inimicitias ipsa locuta pyra est:  
 Non veteris Troiæ lacrymosa reponere bella,  
 Bella caenanda alii, bella cauenda milii.  
**H**oc alii per me liceat decurrere campo,  
 Illa meis non est versibus apta seges.  
**M**e Venus, & Veneris certo præter improbus arcus:  
 Eneruant numeros attenuantque meos,  
 Nec preter domine blandum ridentis ocellos  
 Carmine me quicquam concelebrare sinunt.  
 Foristan iste senes culpabant scripta severi:  
 Quid faciam? res est imperiosa decor.  
 Quem nō ille hominum, quæ non mouet ille deorum?  
 Sepe etiam celo diripit ille Iouem.  
**M**e quoque Magaridos decor admirabilis vrit,  
 Et sibi deuinctum magna sonare vetat.  
 Nec verò Aonides vestro me excludite cætu,  
 Si qua ego virginibus non satis apta canam..  
 Nempe etiam è vobis juvenili capta decore.

Ciiiij.

Oeagro tenerum subdidit vna latus,  
 Si nulla è vobis ullum sensasset amorem,  
 Vnde foret, queso, dicite, natus Hymen?  
 Sanctus Hymen, qui seductas à matre pueras  
 Abripit, ēnque viri collucat ipse finit.  
 At tu, que in me oculis nimium violentibus rusa,  
 Nunc spolia è nostro sanguine opima refers,  
 Hos numeros hilari (quid enī vicit?) accipe rultus,  
 Et vide, vt in speculo, quid tua forma queat.

## Elegia Secunda.

**P**rima mee quisquis deliramenta iuuent,  
 Et specimen tenuis respicis ingenij,  
 Sic tibi, si quid amias, semper contingat amari,  
 Inuidia vacuus, si legis ista, legas;  
 Nec tibi sit duros acuisse in carmina dentes,  
 Carmina quæ propriis scriptis Amor manibus.  
 Seu sunt grata tibi, qua fronte placentia culpes?  
 Seu minus, ecquis te cogit, vt illa legas?  
 Seria si queris, non sunt hic seria, lector:  
 Scribere amatorem seria posse putas?  
 Nos ignes canimus, pueri nos tela volantis,  
 Omne non fausto cognita tela mithi,  
 Et dominam, cuius sub amena fronte relucent  
 Lumina Siderei emula luminibus,

Lumina materies ardoris maxima nostri,  
 Lumina, que mentem surripuererunt mishi:  
 Hec ego sola canam, dum florida ver aget et aet:  
 Sit procul hinc tragicō symmate Musa tumens.  
 Post, mea cū multi distinguent tempora canū,  
 Venerit & tremulo curva senecta gradus,  
 Tunc mili si cura solis perdiscre cursum,  
 Anne, & que noceant sidira, queque iuuent,  
 Quot celum tenent zona, quo partibus orbis  
 Cenfet, & vnde cadant fulmina, curve cadant.  
 Ut tamur, dum fata sinunt, melioribus annis,  
 Et tota nobis mente colatur Amor:  
 Dum decet & postes nocturna frangere rixa,  
 Nec pudor est vernis frons redimita rossu:  
 Dum decet & mentem lini vincire Lyco,  
 Et domine clausas ante iacere foras.  
 Auseret hæc secum, velut auferit omnia, tempus:  
 Cernis, ut hora, dies, mensis, & annus cuncti?  
 Qui modò vagibat, nunc est puer, inde repente  
 De pueri iuueni, mox vir, & inde senex.  
 Quare florentes, aptosque caloribus annos  
 Quisquis agis, Veneris viue sub imperio,  
 Ne fructu à etatis, meliori parte peracta,  
 Vinere tunc cupias, vinere cūm uequeas.

L I B E L L U S.  
Elegia Tertia.

**S**cire cupis, que sit votorum summa meorum,  
Et qua pricipue viuere forte velim?  
Non ego telta mihi Thrygiis innixa columnis,  
Diuitis aut aur'i pondera mille petam,  
Non ab Erythreo repetenda littore conchas,  
Aut que cent' enus iug'ra taurus a ret,  
Sed tecum longe traducere tempora vita,  
Securumque tuo semper amore frui.  
Tunc ego purpureos possum contemnere reges,  
Praeque mea sors est, dicere, vestra nihil,  
Si me candidulis incinctum, vita, lacertis  
In tepido teneas, confonasque finu,  
Me nunc mellitis mulcens sermonibus, & nunc  
Continuo fixis impete basolis,  
Semotum strepitu, domineque tumultibus urbis,  
Versantem valido pinguis raro boue.  
Sic tecum, mea lux, vite traductus inertis  
Viuere si possum, nil prius esse putem.  
Tecum ego per montes, tecum per deuia tesqua,  
Et curram nullo per loca tacta pede:  
Post, ubi curriendo fuerit laffatus vterque,  
Fessa in graminea membra reponet humo,  
Et rursum certamen erit linguisque, labrisque,  
Quod vel Chaoniae vincere posset aues:

ELEGIA RVM

Forstitan & quiddam post basia multa sequetur,  
Multo illis quod sit dulciss & melius.  
Non ego tunc loculi metuam gravioris amantes.  
Seruande bona sunt rura pudicitiae:  
Balnea non illi c, non sunt populo sa theatra,  
Non quicquid mentes sollicitare potest,  
Sed nemora, & placido currentes murmurare rivi,  
Demulcensque rudi carmine pastor oves.  
Porro date, ior nobis cum venerit et zo,  
Sparsir & cana tempora nostra nivis,  
Tunc curare cutem, genua que litare decebit,  
Dum fuerint vite stamina rupta mee:  
Nam mea tu, sed non longum mansura superfies,  
In tumulo condes ossa minuta breui:  
Deinde ubi te pariter scia mors impia falce  
Læserit, & iuris iussit esse sui,  
Quo nos, te ponit tumulo mandabis eodem:  
Inscriptum lapidi carmen & istud erit,  
Cor fuerat binis vnum, mens vna, vbiator,  
Quorum nunc vnum contegit ossa lapis.

Elegia Quarta.

**V**irgo oculus ipsi meritò mihi carior, ac non  
Aut ego, dum vnam, non meminisse tui?  
Ante vel usus mundi compage soluta,  
Teras in antiquum sit redditura Chaos.  
Quin mihi cum Lachesis summos peruenierit annos,  
Nostra sonum referent noniniis ossa tui.

In Grannium.

**I**ambicos sine lege Grannius facit:  
Mirari is ipse lege Grannius caret.  
Fraudem suis idem inserit poematis:  
Miraris? ipse fraude sine facit nihil:  
Addeoque si quid fraude vacuum vnguam facit,  
Vt fraudet expectatione alios facit.

Iohanni Costecundo.

**N**on quantum pote quisquam amare quemquam,  
Tantum te ipse amo, Costecundo, ni te  
Tetum non oculis fero iam in ipsis,  
Verum in pectore & intimis medullis:  
Contingant mihi curta, que timentur,  
Et multo graueri, quam timentur:

F

### EPIGRAMMATA.

Tanto ut sim ipse miserrimus malorum,  
Quanto tu viuis es optimus bonorum.

Iocosum.

**C**ontra facinoribus fuisse nescio  
Tres enim prius dicitur, quae  
Cronaca non perfringit, non contumeliam,  
Non perfringit, non contumeliam.  
Tres enim prius dicitur, quae  
Cronaca non perfringit, non contumeliam.

In malos principes.

**I**uppiter in faciem, propter sua probra, lupinans  
Mutauit regem Menalis ora tuum.  
ille quidem Regum solus, mihi credite, non est,  
De se qui dici promereatur idem.

In Corellium.

**S**utor es, & pistor, lenius, leno que, coquissque,  
Mercaturque bonus, eausūdīcīque bonus:  
T c tamen in tota non est mendicior virbe,  
Nec quem paupertas arctius agra premat.  
Dic agendum, qui sit (nam res est mira, Corelli)  
Cūm tot res fascias, rem facere ut nequeas?

In Lygdum.

**C**ur tibi cauta dedit corpus natura pusillum?  
Viderat hoc ipso plus satis esse mali.

### EPIGRAMMATA.

41

**D**icitur omnis ab aliis deponitur  
Miseris se poneat, frumentis vobis  
Oliu[m] et uina (deinde plena dolorum),  
Sennacij et iugorum deponitur:  
Vobis autem soli, et puro  
Accubilis et dulcis deponitur:  
Quod si quis deponit, et  
Eiusmodi deponit, et deponit.

In coniuicatorem nimium  
prolixum.

**Q**uonam scribitas, quonam ista sophisimata  
plenis?

Vis bene conuinias pascere? pone famam.

Anne Ogeriae Neapolitanæ.

**A**vrea cesariem, predulci argentea voce,  
Hemishi, eur duro ferrea corde manesset  
Iohanni Deliano.

**S**i sacer aethero furor excitat igne poetas,  
Eosdemque a sidu[m] lampade torret Amor,  
Miraris solidos curnam exhaustire trientes,  
Donaque Lenzi sumere patris ament?

Ante diem geminus miseris extinguaret ardor,  
Ni daret a sidu[m] frigora grata latex.

E ii

EPIGRAMMATA.

Stephano Alilio Burdigalensi.

**S**Ima se faciles dederint in vota camene,  
Ut per plura meum secula carmen eccl.,  
Tu pariter mecum memori celebraberis aeo,  
Et tibi scripta vetus per mea nomen erit.  
Sin (sed enim verbis & pondis & omen abesto)  
Non seneant domino longius illa suo,  
Non tamen idcirco tibi disflicitura putabam  
Hec magni in te animi pignora parva mei.

Mario Crucio.

**F**orma estate perit: vires estate fathiscunt:  
Casibus innumeris eripiontur opes;  
Vna, Maris est virtus, qua non vis temporis auferit,  
Non premit indigo sor inimica pede.  
Vna suos inuicta perennibus inserit astris,  
Fortuna imperio liberat vna suos.  
**H**anc sequere. Infani est postponere firma caducis,  
Veraque que bona sunt, spernere falsa sequi.

In Ponticum.

**P**onticus eximium dum sepe ait eff. poetam,  
Hoc solo dici iure poeta potest.

In Laudem.

**N**on toto est mulier, quam Lais, iustior orbe:  
Cur ita manu rectum semper amare solet.

EPIGRAMMATA.

42

In Auitum.

**C**VM subigat sterilem, nihil illi donat Auitus:  
Sic fit, ut ille oleum perdat, & illa operam.  
In Pontilianum.

**C**VR tua vox vnguam sint salsa epigrammata,  
Diluis hec nimio, Pontiliane, mro. (queru?)  
De virtute & gloria.  
**V**Irtus, vt solidū quiddā est, et corpore constās:  
Acqua sed est umbra gloria fluxa leui.  
Hanc igitur quisquis neglecta amplectitur illa,  
Huc image quam corpus, corporis umbra placet.

De Lucij cuiusdam memoria.

**E**Sse aliquam si quis memorandi perneget artem,  
Hanc qui confirmet, Lucius vnius erit:  
Ille etenim neper curaque adnatus & arte,  
Tres versus totidem noctibus ed. dicit.

In Paulum.

**E**lecto surgens ad mensam accedere Paulus,  
E mensa ad lectum rauiss abit e soleat:  
Interea attingit libros, ut vina catelli,  
Et queritur sepe discere posse nihil.

Fatis parendum.

**O**Bsequitor fatis: ducent te fate volentem:  
Si tu nimis, inuitum te tamen illa trahent.

E ij

## EPIGRAMMATA.

### De Pompilij naso.

**P**ompilio est nasus cubitus tres longus, & unum  
Latius, & huc murus cingit utrinque triplex;  
Ad sunt & turre, Bacchus quas condidit ipse,  
Et minio tinclis usque rubore dedit.  
Huic etiam naso vis admiranda tributa est:  
Nam calices secos illius umbra facit.  
Imò etiam longè distans si senserit usquam,  
Ut magnes ferrum, sic trahit iste merum.  
Nuper eram in mensa, fisiens, potare paratus:  
Pompilius clausas astitit ante fores:  
(Mira canam, sed vera) merum mihi forte paratum  
Attraxit naso protinus ille suo.

### In Paulini nason.

**E**xiguum si quis nason vidisse laborat,  
Paulum adeat, Paulo si modo nason ineft:  
Non etenim est nason sed pars centesima nasi,  
Et quo quis viso dicere posset, ubi est?  
Talis ineft nason mafcis, sed & his quoque maior,  
Et melius nasi nomine dignus ineft.  
Quam que per radios volitant corpuscula solis,  
Maiorem nason vix, puto, Paulus habet.  
Sub exortum diei.

**R**oscida purpureos effert Aurora iugales,  
Et nitidum Soli praevia sternit iter:  
Noctis aunc dudum rupere silentia cantu,

## EPIGRAMMATA.

43

Nullaque iam caelo, rava vel astramlicant.  
Exit flammuomo Phœbus spectabilis ore,  
Et tenebras densa noctis abire subet.  
Christe, patris splendor, vero me lumine reple,  
Aque meo tenebras pectore pelle procul.

### In Gaurum.

**E**ffundas versus vina cum luce ducentos,  
Forte poëtastris annumerandus eras:  
Sed cum te excium tam sepe poetam,  
Id quoque quod paulum est, incipit esse nihil.

### In Pamphagum.

**P**Amphagus in patulā tam multa ingesserat alii,  
Quam poterant denis plus satis esse viris:  
Ecce venit capro, preciumque expostulat: ille  
Ebria te ribili lumina more rotans,  
Euomit in patinam vinumque, cibosque receptos,  
Atque ait, en, merces tu tibi habeto tuas.

### In Gallonium.

**S**tertit ad octanam Gallonius: inde cubili  
Paulatim effurgens languida membra lenat.

F III

EPIGRAMMATA.

Obiicitur perdix, quam protinus ille calentem  
Devorat; bac nulli cesserit arte libens.  
Spumantis tenetis cyathos et forae, non emere  
Adscit, & sacris sic operatis art,  
Di date mi constantem animum, mentisque quietam,  
Quam multis via est nostra referita malis!

Sextio.

**M**ulta qui le, fateor, confers mihi munera, Sesti,  
Deum et tibi me nec tam effe reor.  
Cur ita quid que das, tristit dare mente videris:  
Sic ego que data sunt, vendita dona voco.

De voluptate, & ratione.

**C**VM, velut excofa residens in puppe, Voluptas  
Arbitrio mentem pellit agitque suo,  
Horrida bacchantes ineunt certamina venti,  
Nauseaque in Syrtes & vada ceca trahunt:  
Illinc Ambitus, Dolus hinc consurgit, & atroc  
Ira cruentatas sanguine tintita manus.  
At ratio regnum natus si sumperit, ecce,  
Compositis undis aquora tuta silent:  
Ipse ratis nullo ventorum exterrita flata  
In portum certo tramite flectit iter.

EPIGRAMMATA.

44

Sansoni Crucio.

**E**T bonus, & dives, Sanfo, simul esse laboras:  
Id fieri nulla sed ratione potest:  
Sic utrumque petens, perdes utrumque; necesse est,  
Alterutrum tollas, alterutrumque petas.

Tumulus, Otthonis hominis  
voracissimi.

**C**onditus hac sub humo est gorges vastissimus  
Otto,  
Cui nunc officium iusta rependit humus:  
Condit in ventrem terre tot iugera vienus:  
Hunc sub ventre suo nunc quoque terra tenet.

In Virronem.

**Q**Uod totam Virro furiosi more per urbem  
Discurrit noctu, quid loca sola petit,  
Nescio quid secum solus quid miserit: illo  
Quid nemo est tota sordidae urbe magis,  
Hac ratione parat nomen famaque poetæ,  
Et reperit fatuos, sic quibus esse frabet.  
**O** valeant calami, pereat genus omne librorum,  
Reddere, si rates mens male-sana potest.

In Paulum.

**Q**VE tu condideras, inspexi carmina nuper,  
Lectaque sunt, fateor, türque quaterq; militi:

EPIGRAMMATA.

Nec tamen eualui cognoscere quid sibi vellent:  
Visque adeò obscurè scribere, Paule, soles;  
Nam tu verba, puto, ex libris accepta Sybille,  
Quæque Catonis erant tempore præfata nimis;  
Versibus infercis, gaudesque obscurus haberi,  
Et velut inducta singula nube tegi;  
Errasti hoc tantum, quod mittens carnina, Paule,  
Debetras vñâ mittere grammaticum.

Ad amores.

**C**arnifices cure, miseraeque incendia mentis,  
Et tu cum pharetra seu Cupido tua,  
Tûque Erycina ferox, longum, eternumque valete,  
Ferte alio vestras, noxia tela, faces:  
Præteriti vobis nimium concessimus eñi:  
Iamque dies mores postulat ista nonos:  
Nunc ianat & rerum causas tentare latentes,  
Insiáque ignavis per loca ferre pedem,  
Indnere & mores, contracta fronte, severos,  
Atque puellarès spernere blanditiias.  
Hac loquor: at si me placidis spectarit ocellis,  
Que fugat affectu nubila cuncta suo,  
Quam vereor, ne mos mibi multa & magna locute  
Omnia cum fastu fortia verba cadant!

In Pontilianum.

**C**VM rapidis medio desauit in æquore Titan,  
Fer puer huc Cyathos, Pontilianus ait:

EPIGRAMMATA.

Cum pluit, en, inquit, deus admonet esse bibendum,  
Qui nunc tam multo proliuit hymbre solum:  
Sic vacua à potu non unquam tempora dicit,  
Cirque bibat, semper Pontilianus habet.

Petro Quintio.

**S**i deo, que dubius hic illuc passibus errat,  
Et regit humanas, lumine capta, vices,  
Quem Labiryntheis erroribus egit, Ulyssen  
Ad patrios effet passa senere focos;  
Membráque lai, que viri tumulo caferentur eodem,  
Et tegeter nomen, qui tegit ossa, lapis.  
Ab qsoniam fati, variè crudelibus actus,  
Dura tulit terra plurima, plura mari:  
Vixit, & euectus rutilis super ethera pennis,  
Meonio clarum carmine nomen habet.  
Maëste animo, Quintus: dum te fors invida vexat,  
A patrio, que procul finibus esse iubet,  
Virtutem illa tuam toto disseminat orbe,  
Dumque nocere cupit, sic quoque seua iunat.

Claudio Burgo.

**P**Erpetuò mœres, nec frontem exporrigit unquam,  
Hoc sine tu, quæso vinere, Burgo, vocas?

EPIGRAMMATA.

*Is demum verè vixit, qui mente serena,  
Et nitido letos exigit ore dies:  
At qui perpetuis torquet se angoribus, hunc non  
Vixere, sed lenta morte perire puto.*

In Diuam Catharinam.

**Q**uo te precipue commendem nomine, Virgo?  
*Laus etenim que te non minor esse quicar?*  
*Magnum erat errores veterum liquisse parentum,*  
*Maius at imperium deseruisse fuit.*  
*Magnum erat immanis rabiem spreuuisse tyranni,*  
*Supplicia at maius sponte subire fuit.*  
*Magnum erat his vitam sponte obiecisse periclis:*  
*Maius nunquam animo succubuisse fuit.*  
**O** decus excium p' tris, sexusque, polisque,  
*Dicere te merito nullus honore potest.*

Eadem de seipsa loquitur.

**I**llecebras inter medias educta virago,  
*Re princeps, mulier corpore, mente dea,*  
*Nixa deo, mundi speriens mala gaudia, rici*  
*Tum tormenta animo, tum ratione sopheras.*  
*Non vota, non gladij, non ipsi horrenda tyramo*  
*Mors potuit mentem se de mouere meam.*

EPIGRAMMATA.

46

*Scilicet haud quicquid mens Christo afflata veretur:*  
*Ille mee vires, & res vita fuit.*  
*Quid, fuit? estque, fuitque, atque, est sine fine futurus:*  
*Principium vita mors dedit ipsa mili.*  
*Qui legis hec, sic tu te etiam compone, viator;*  
*Mors tili pro Christo vita perennis erit.*

In quendam.

**Q**uidam ieiunum me clausit esse poetam,  
*Et mibi, secia nimis carmina condit, ait:*  
*Ipse in tua fedem carpine posit eadem,*  
*Egregia prudens calliditate canet:*  
*Nunquam ieiunus, nunquam ut qui scribere siccus,*  
*Sed satyr, & vino semisepultus amet.*

In Crassum.

**Q**uod ruri manes studiis addictus honestis,  
*Ruficus hoc videor nomine, Crasse, tibi.*  
*Ruficus ille quidem non est, qui rura pererrans,*  
*Ingenium rerum cognitione colit:*  
*At tu, qui nullam nasci stultus simus artem,*  
*Esse vel in media rusticus rube potes.*

In Gaurum.

**F**ama est hoc a uno mortuus esse poetas:  
*Quid metuimus? nil te, Gaire, timere decit.*

## EPIGRAMMATA.

### In Rufinum.

**C**VM cænet nemo tota te laetiùs urbe,  
Ad tua cur rarus prandia, quaris, eam?  
Accubui simulac tecum, Rufine, monèque  
Primus in appositus impetus ire dapes:  
Mox onerare meas insulsis versibus aures  
Incipis, & nugas ingeminare tuas:  
Nec retices unquam, sed ab ovo ad mala, recenses  
Vix, puto, per centum carmina facta dies,  
Quæ si quis fanus patienti combibat aure,  
Illum adamantini pectoris esse putens.  
Miraris, cur te non possum ferrari canentem?  
Mensa ipsa insipido carmine pressa gemit.

### In Fortunam.

**F**ORTUNA inconsans, & nentro certa parata,  
Vel fætura premit, vel nocitura fæuet.

### In Commentarios iuris ciuilis, Francisci Connani viri clarissimi,

Liber ipse lectorum alloquitur.

**D**VM tua mil preter curantis commoda, Lector,  
Me patris aſſiduo cura labore poliſ,  
Dumque diebus amat totas ex ordine noctes.

## EPIGRAMMATA.

47

Noctibus & totos continuare dies,  
Ipſe (fatebor enim infelix) dominique patrique,  
Ipſe necis propere maxima causa fui.  
Verum etiam sine me, fatalia tempora mensus,  
Serius ut paudo, tandem obiturus erat.  
Faxo ego, ut eternum per me nunc vivat; eroque  
Illi auctor vita, cui necis ante fui.

### De Seipso.

**D**icebam Euterpe, ceptis in versibus harenſ,  
Auxilium fratri porrige, Dina tno.  
Fraterno mota eſt in rīsum nomine virgo,  
Et nitido sudum reddidit ore diem:  
Tunc ego ſubridens, mirari deſine, nana m̄  
Si pater eſt Cæſar, tu ſoror eſſe potes.

### In importunos recitatores.

**H**E mihi, quām res iuſiſa eſt nimis eſſe poetiſ!  
Quantum odij morbiſ colligit ille ſuis!  
Nil genere hoc hominū eſt usquam importunius: illos  
Et cane, qui ſapiunt, peius & angue cauent.  
Nec locus eſt, nec tempus, ab iis ſubducere quo te,  
Non ſi mille modis aggrediar, queas.  
In foro te, in thermas, & balnea in ipſa ſequentur:  
Quid ſi in templo gyram ferre parabis, & huic

EPIGRAMMATA.

Si notos forte agrotos iniisis, & illuc:  
Spelatum ludos forsitan ibis? & huc.  
Pergis èò, nukum quò ducere queris? & illuc:  
Pergis èò, comitem quò tibi poscis? & huc.  
Denique, vt exoneres alium, discedis? & illuc:  
Ut somnum capias, fessus abibis? & huc.  
Inter ea in ussis onerabunt versibus aures,  
Avibus vt te tunc ipse carere velis:  
Versibus in ussis, quis cantio gravior illa est,  
Quam geminat putri condita rana lacu.  
Ex genere hoc, miseram nuper me prenderat vnuas:  
(O lux infelix quam fuit illa misit!)  
Fessus ego, in suavis mihi iæ ut vita esset, apud me  
Fundebam surdo talia vota Ioui:  
Summe deim, te si qua mes miseratio tangit,  
(Nam qua sim positus conditione, videt)  
Aut abige huc tandem, aut mihi da surdescere, vel iam  
Alterutrum nostrum, vel neca utrunque simul.  
Venerat ad prime damnata crepuscula lucis:  
Vix abiit Yates sole cadente meus.

Paulo.

**D** As mihi lactucas, centum sed mutua poscis;  
D sine lactucas, Paule, munoris emo.  
In Collinam anum.  
**D** Ispeream, nisi te afficio, Collina, libenter,  
Nique etiam tecum sapius esse velim;

Tum

EPIGRAMMATA.

48

Tum quoniā anguicomas sic exprimis ore sorores  
Terriculi vt facile munus obire queas,  
Tum quoniā imprimis potas lepidè, atque decenter:  
Crede mihi: hic demum gratia magna tua est:  
Nam tu aliquot, qui sunt reliqua preludia pompe,  
Suauiter in amissis ructibus in cyathum,  
Sic bibis, vt dulcis labis pendentibus humor  
Ascidet alternis influat, & refuat.  
Expers interea nescit pars vila decoris,  
Labitur in pingue spuma salina sinum,  
Crede mihi: id pulchrum est, dentes cum allis ad a.  
Sic patulo geminus ludit in ore liquor. (tros  
Macte age, macte animo Furiarum sola voluptas,  
Delicium Stygij sola futura canis:  
Perge, citosque bibens, Meandri reddo reflexus:  
Id, festina, simus & bibere, & vomere est.

Antonio Callao.

**V** Nquamne, Antoni, locupletem te fore credis?  
Et calo, & tota falleris hercle via.  
Non es adulator, non fur, non denique leno,  
Non bonus insontes voce onerare reos.  
Innocuus viuis, fraudisque, & criminis expers,  
Semper in antiqua simplicitate manes.  
Ehades nunquam dines rationibus istius:

G

EPIGRAMMATA.

*Esse bonum nostro tempore stultitia est.*

Paulo.

**Q**ui capit, inferior: maior, qui donat, habetur:  
Inferior, sicut te, Paule, libenter ero.

Cuidam.

**H**os tibi quid iuras factas ex tempore versur?  
Pagina, si tecreas, id satis ipsa probat.

In Phædram.

**C**Vm Phædra Hippolyti disjectos cerneret ar-  
Mébraque iam multis sanguinolenta locis, (tua,  
Postquam non potui vivum te infestere, dixit,  
Persequar ad Stygios te tamen usque lacus.  
Dixit, & incumbens gladio, terram ore momordit:  
Sepe amor insanus talia monstraruit.

De morte M. Brutii.

**B**rutus ut Augusto belli succedere palmanz,  
Et paulum a vietiis vidi abesse ssos,  
Amplexus gladium multa iam cede madentem,

EPIGRAMMATA.

49

*Ergone te, dixit, sorpte, seruus ero?*  
*Quin potius fatus id quod præclusa malignis?*  
*Non potius patria, dextra datura mikis est.*  
*Hec fatus, uerilum per costas exigit ensim,*  
*Magnanimoque cadens pectori pulsat humum.* 1  
*Sic quoque dum moritur, labris dum spiritus errat,*  
*Nunc, ait, inuitu Cæsare, liber ero.*

In quendam.

**Q**uidam Margaridem meam salutat,  
Morbosus, capularis, euiratus,  
Ficosia, recutitus, herniosus,  
Caluaster, podager, cadauerosus,  
Orci victimæ, pubulum Charontis,  
Cui iam oris, puto, factio in recessu  
Dentes quinque, nec amplius supersunt:  
Cui centum scabies petita lustris  
Artus depopulatur hulcerosos.

*Idem, quod magis ac magis pudendum est,*  
*Panper, dirutus, expeculatus,*  
*Qui noctu omnia fauna pernagatur,*  
*Siquid, perditus, huiuspiague posse;*  
*A se quo miseram famam repellat.*

*At qui surripiat, clepat, quid ad me?*  
*Quicquid fecerit, haud mouabor unquam,*  
*Dum ne Margaridem meam salutet.*

G 7

EPIGRAMMATA.  
De morte Ciceronis.

**C**VM ferus astaret stricto mucrone satelles,  
Sumere supplicium de Cicerone parans,  
Immoto vulnus, atque oculis constantibus ille  
Prebens infanda colla secunda manu,  
Publica libertas vita mihi carior, inquit,  
Me quoque, me fas est, te moriente, mori.

Calendis Ianuariis, Iocosum, ad  
Michaëlem Lochianum.

**N**ON tibi pro xenius, fului preciosia metalli.  
Pondera, non docta signa polita manus,  
Non lana Assyriæ tincta & saturata veneno,  
Non gyaniæ argenti lamina murus erit.  
Talia non capiunt generosæ munera mentes,  
Talia magnanimi spernere dona solent:  
Cum te igitur, quam sis excelsi pectora, norim,  
Non mittam ista tibi dona: quid ergo? nihil.

Ad Ianum Vermeliaum,

**D**uicitas hodie plena depromere ab arca,  
Thesaurosque meos iam referare placet,  
Vite munieribus donem, mi Iane, superbis.

EPIGRAMMATA. 50  
Iane, inquam, ex animo nunquam abolende meo.  
Dona paro tibi ferre, quibus, si dicere fas est,  
Attalice possunt nil dare maius opes:  
Munera, Persarum gazas que vincere possint:  
Munera, Paestoli est pre quibus vnda nihil,  
Quidnam post tantos feret hic promissor hiatus,  
Qui sua tam elata munera voce canit?  
Sic tecum: & que sint ea tandem dona, requiris:  
Atque iamdudum, que tibi posci, habes.  
Hui dices, hoc tu breue charta & inutile frustum  
Persarum gazas amplius esse putas?  
Quid facias: nil peccideo, nisi carmina, Iane,  
Quare ea thesauros dimiti, & que voco.  
Tu quoque, si natura mihi tua cognita recte qsi,  
Carmina dimitis pluris habenda probas.

Curandam esse hyemis tempore  
cuticulam.

**I**ngere ligna foco: vù frigoris aspera seuit:  
Eia age quid dubitas? ingere ligna foco.  
Non audis, quanto Boreas bacchetur hiatus?  
Nónne vides, multa ut iam nire canet humus?  
A spicis, ut veteres viduentur frondibus ornis?  
Cernis, ut amissæ sylua queratur opes?  
Cernis, & ut pigro lente cantat marmore riuis?

G. ij

EPIGRAMMATA.

Me gelidus totis artubus horror habet.  
Ferto age, ferto buc vina, puer, cyathosque capaces;  
Ante focum mensis explicuisse iuvat.  
Iam tristis cælum est facie, iam nubilus aëris  
Omnia concutiens, nos vetat ire foras.  
Ergo domi inclusos genio indulgere necesse est,  
Mos datus à priscis ut teneatur auis.

Lodoico Valecio adolescenti  
honestissimo.

Miraris, tanto cùm te complectiar amore,  
Cur tamen extremum hic te, Lodoice, locè?  
Pectore nempe mihi penitus defixus in imo es:  
Ultimus, hinc factum est, pectore ut exieris.

EPIGRAMMATVM FINIS.

L. Memmij Fremioti in Marcum Antonium Muretum præceptorem optimum & carissimum.

MVRETE eximios inter celebrande poetas,  
Cui numerat paucos Gallia tota pares,  
Cui pater ipse lyra & plectrum transcribit Apollo.

EPIGRAMMATA.

51

Quem sibi Pierides sp̄ emique metūmque putant:  
Hos per te exculti primos cape ruris honores,  
Quos tibi dat tremula nostra Thalia manu.  
Scilicet auriflue numeroso verbere lingue  
Dum tu corda loquens obstupefacte quatis,  
Pectore & à docto gemmarum projicis hymbrem,  
Quem rapiat celeri lecta iuuenta manu,  
Per tua ego ingressus timido vestigia passa,  
Sedulus, hec tandem qualibacunque dedit:  
Quæ tibi dum placeant, aliorum hand puncta morabor:  
Iudicio tutus despiciam illa tuo.

Eiusdem.

Dicebam, mihi Pierides presto este canenti,  
Et mihi tu vatum ductor Apollo faue.  
Aure meas surda Musæ sp̄ reuere querelas:  
Aure meas surda sp̄ reuit Apollo preces.  
Verùm ubi Mureti me sum de gente profassus,  
Et dixi, Marcus me quoque uester amat:  
Mureti audito acciververunt nomine Musæ,  
Sponte & opem Phœbus detulit ipse suam.

G iiiij

M. A. M V R E T I  
*Epiſtolarum Libellus.*

Ad Nicolaum Viennensem  
 Epistola.

**I**ncolita nobilium soboles, Nicolae, parentum,  
 Qui iam nunc ipso ex etatis limine signa.  
 Virtutis prebes nobis manifesta future,  
 Nemirum sapis, Et rem recte intelligis unus,  
 Qui licet antiquis ortus natalibus, haud te,  
 Ante tamen ponis reliquias, sed fronte modestia  
 Adloqueris cunctos, vultisque humanus amico,  
 Non ulli renuis dextram pre bere fidelem:  
 At quidam contra nullis maioribus orti,  
 Ore tamen tumido voces efflare superbas,  
 Aequalisque suos audient contemnere, tanquam  
 Indignos quis sese equali foedere iungant:  
 Quos tu deridens, inter nihil esse, parente  
 Quo sit quisque creatus, ait, dum sit modo vera  
 Virtutis studiosus, ametique in rebus beneficis  
 Ponere labentis fatalia tempora vite.  
 Cui non Sicania notus dominator opime,  
 Qui de figlina est ad regni enectus habendas?  
 At contra Persei, qui claram rexerat olim

L I B E L L U S.

52

Pallenen, natus, fortuna ludibrium, amplos  
 Inflatbat folles, & regis filius, vno  
 Impositam incidi versabat forcipe massam.  
 Quid? non & matris captiue abiecta propago,  
 Regali sedit folio? Quid sternata iactas?  
 Nuru pueri regum parte enascuntur eadem,  
 Qua mendicorum? nunquid communia vtrisque  
 Materia est? nunquid morbis obnoxius aquæ est,  
 Quem lana Assyrio relat medicata veneno,  
 Principibus prauis, claroque ex sanguine natum,  
 Et sub Aquitanis sorbet qui bardocucullis,  
 De peronato genitus patre? norme sorores  
 Noctigene, vitas hominum quæ pollice versant,  
 Sunt aquæ immites generosis, vilibus aquæ?  
 Quidnam igitur prestat mendico hic nobilis isti?  
 Aut quid nobilitas tandem est, nisi sumus manus?  
 Nam si vim verbi inspicias, & nobile scortum  
 Dicatur, & latro nonnquam nobilis: imò  
 Nominis ita accepto, Porinus quoque nobilis ipse est.  
 Sed nempe insanit vulgus, multoque veratro  
 Indigit, indignos alienis laudibus ornans.  
 Qui se non ullo deturpat criminis, quique  
 Viribus ingenuas totis amplectitur artes,  
 Is milbi, sit quamvis genitore creatus egeno,  
 Nobilis est: at qui, viitorum mole grauatus,

E P I S T O L A R Y M

Nil preter statuas, & anorum nomina iactat,  
Si verum excutias, longè abiectissimus ille est.

Ad Ianum Antonium Baifium.

**I**ane mei cordis longè pars maxima, quocum  
Dulce miseri est totos crebrè componere soles,  
Dum tu aut Niliacæ meditaris funera Thisbes,  
Insciens atro candentia poma colore,  
Aut opus extinximus numeris sublimibus aptas,  
Syrmate conspicuas, picturatas que cothurno,  
Carmine nos humili nostros includimus ignes,  
Aut braubus scriptis dulces affamur amicos,  
Aut vittis genuinum infigimus. Omnia nos hæc  
parvula inaudaces tibi fas maiora parare,  
Cui totus se Helicon, totusque recludit Apollo.  
Ad vires se quenque suas componere verum est.

Ad Stephanum Iodellum.

**S**Emina sunt quedam nascientibus insita nobis;  
Quævis, duce natura, ad varias impellimur artes:  
Ille fori rabiem, vesanâque iurgia lundat,  
Et patidos grata defendit voce clientes,  
Impatiens oci: contrâ hic fulcare carnis.  
Regna tridentiferi gaudet patri, & trabe vasta.

L I B E L L V S.

53

Visere longinquæ terræ sub sole iacentes:  
Prodigus hic vite violentis duicitur armis,  
Gaudet & hostili stagnantes sanguine campos  
Aspicere, & litui sonitu recreatur acuto:  
Ille sui nunquam fines excedere a gelli  
Ausus, amat tacitus deducere passibus eum;  
Proscindens magna gremium genitricis, & altis  
Pinguis Tripolitæ committens munera sulcis.  
Nos Musæ, Isidelle genitæ, genitorque Lyæus,  
Quem rigidi ambigis venerantur numine Thracei,  
Et Nymphae celeres, & capripedes Satyrisco.  
Nos & luce nosa lustrat dum Delius orbem,  
Et iubar auricorum tremulis dum fluctibus abdit,  
Addictos studiis videt, intentosque labori.

Sed tua te virtus, animi te viridus ardor  
Aequales longè ante alios vnum abripit: vni  
Purpureis dictant Musæ tibi talia labris,  
Qualis pulchricomus, choreas diuentibus ipsis  
Cantat, & ad numerum simul ipse mouetur Apollo.

Fœlix ingenij, viridi cui detur ab eis  
Longeuos aquare senes, & carmine dio  
Demulcere animes: iam te ipse tumescit clunno  
Sequana, iam virides resonant tua nomina ripe.  
Perge agedum, nec te venienti subtrahet fame:  
Non te Parca feret totum; non totus obibit,  
Parisque tui effugiet ferales optima flammæ.

O D A E.

Musa suos vetat ipsa mori dat viuere Musa  
Perpetuo, & famam memorem per secula propagat:  
Calo Musa beat: famam tibi Musa perennem  
Protrahet, & caelo te olim, Iodelle, beabit.

F I N I S.

M. A. M V R E T I

ad Iohannem Auratum vi-  
rura vtraque lingua  
eruditissimum.

O D A E.

A Vrate gentis grande decus mee,  
Qui tensa doctrina fila legens manus,  
Seclis inexpertum vetustis  
Ambrofio iacis ore nectar,  
Quid esse causa suspicer, inuidia  
Suis quid ortos Gallia finibus  
Aut edit, aut spernit poetas,  
Visque fauens peregrinitatis?  
At quis vetustis temporibus suos  
Et sonit Hellas, & Latinum suos:

O D A E.

Que prauitas nos mentis vnos,  
Ne faciamus idem, coercet?  
Nihil daturum me auribus hic tuis  
Velim arbitris, sim licet & fide  
Pridem tibi, & communitate  
Sanguinis, & patriae alligatus:  
Nil ista sed me commoneant tamen,  
Aurare, palpo percutere inficum,  
Vt landibus te ornare pergam,  
Ni tua me prope singularis

Virtus moueret. Nil faciles tibi  
Musa negarunt: Sep libeat fide.  
Sacrate Greca seu Latina  
Nobilium inclita facta regum.  
Hac arte quandam quas, sibi copias  
Dirces, aliumque, quod peperit decus?  
Contra, tuos mercede iusta  
Quisnam hodie decorat labores?  
Praiudicat, quod nisi nos premat  
Auctoritatis pondus, erit nihil,  
Cur non, metu plaze remoto,  
Cedere te inficiemur illi?  
Sed nempe virtus temporibus ract  
Depressa nostris: hinc sit, ut vnic  
Virtutis altore poetæ  
Clade etiam simili premantur.

O D A E.

In discessu Daniëlis Schleicheris,  
filij longè dulcissimi.

**D**escende cælo, & iam mihi lugubres  
Regina dictæ Calliope modos,  
Quibus furentem, ehem sub imis  
Visceribus retegam dolorem.  
Dic, dina, carmen, quale per herbidi  
Ripas Caystri, candidulum caput  
Traiectus immixti sagittâ  
Voce canit moriente cyrus.

Aut qualia olim comiuge Thraciæ  
Rapta sacerdos dixerat, ad sonum  
Quorum & sera immanes querunt,  
Et rabidi posuere venti.

Ahi! unde questus incipiamus meos  
Quæ prima se vox pectori proferet;  
Itaque laxabit querelæ laetitia doloris.  
Nam meus hinc D' A M I E recedit.

Nunquamne posthac, & impennam decus  
Quotquot ingales dum erat aut eos,  
Terrâque collustrat iacentem.  
Ignisomo videtur Phœbus,

Nunquamne posthac conspiciam tuos.

**S**CHEICHERE, vultus? curigitur moros,  
Nec trifis inuisque ritæ.

O D A B.

Eila ferox inimica rumpes?  
Iam iam valete ô gaudia, & ô ioci,  
Et quicquid antehac dulce fuit mihi:  
Venite iam fletus perennes,  
Perpetuique venite planctus.

Inmixa ramis Danlias ut nouis,  
Cuius cantus auept, furtifica manus  
Pullos tenelles insolauit,  
Moxsta sedet geminatque questus,  
Et se doloris vulnera conficit,  
Sic ipse postquam defero tui.  
Aspectu amato atque expedito  
Posse animum exsatiare vultus,  
Eheu, quibus tunc fluctibus opprimar!  
Quantas dolorum perpetuas faces!  
Quam sepe, te ut spectare possum,  
Morte mea cupiam pacisci!  
Lenito crebris haec mala literis,  
O nate, saltem, néve animo patrem  
Depone, qui, dum viuet, vnum  
Pectori te retinebit arcto.

Ad Claudiom Voësum.

**C**laudi integello pectori amabilis,  
Qui mente solus disficiis à mea

## ODAE.

Acerba curarum, benignis  
 Vocibus, alloquiōque dulci,  
 Non sic timenda est, in Lybie iugis.  
Quae, matre rupta, vixera nascitur:  
 Non scorpi cauda minaces,  
 Non geniti sub aquis chelydri:  
 Non herba tetro noxia gramine,  
 Quamcumque tellus Thessalis educat,  
 Non illa, quam stillante rictu  
 Spuma canis genuit triformis,  
 Dira ut latentis tela Calummie,  
 Quam Dite Tellus sustulit ex patre,  
 Nefariam, insontēque fictis  
 Criminibus premere efficacem.  
 Hec conglobatis suspicionibus  
 Beli nepotem perdidit, hec male  
 Adegit ad potum cicuta  
 Innocuum sophie parentem.  
 Dum Phœbus Indos excoriens nouo  
 Afflabit igni, Beticolas cadens,  
 Non villa Theside modesti  
 Secla pudicitiam tacebunt.  
 Aggreſſa blandis hunc sua fraudibus  
 Nosercā pallax, quid iuuenum decus,  
 Labentis istud ver iuuenere  
 Perdis, ait, tenerimque florem?

Cur

## ODAE.

Cur editorum per inga montium,  
 Antris latentes persequeris seras?  
 Tibi absque telis, retibusque  
 Preda domi melior parata est.  
 Accede, ne te puniteat mei  
 Fructus pudoris carpere primulos:  
 Non me ore natura indecoro  
 Protulit, immeritam ve amari.  
 Quid vana legum vincula te mouent?  
 Naturā nullos concubitus vetat,  
 Sed compedes vanissima istas  
 Cura hominum sibi fabricata est.  
 Nil ille motus, desine vocibus  
 Tentare mentem, si furcidicis meam,  
 O spuma, & in tauros furenti  
 Progenies genitrix digna.  
 Hec fatus in tesqui, & nemorum abditos  
 Abit recessus, gesa manus rotans;  
 Valentem odora & vis sagacium  
 Anteit, & sequitur Laconum.  
 Quid innocentis sed iuueni tam non  
 Seruasse tanto à crimine prefuit  
 Mente, si apud patrem reverſus  
 Impia plus potuit non erca?  
 Cuius querelis illi adeò integer  
 Per vota patris filius occidit,

O D AE.

Cantus & eliso marinas  
Imbuit emo ricens cerebro.  
Nec me venenis non petuit suis  
Illa ipsa mendax anguispedum soror,  
Mendaciorum procreatriz,  
Perpetua & scelerum architecta:  
Sed dexter illi me eripuit deus,  
Vmbone tanquam me triplice tegens:  
Cuius mensor, nunquam canoris  
Versibus hunc celebrare mittam.

A D PET R V M R O N S A R D V M  
Gallicorum poetarum faci-  
lē principem.

R Onsarde Aonij pectinis arbiter,  
Qui princeps resonum sollicitas ebur,  
Ventorumque minas, & celeres potens  
Lapsus sestere fluminum,  
Quando te reducem Vindocino ex agro  
Cernemus, veterum turba sodalium?  
Quis te, quis ninoe vellere conditus  
Nobis restituet dies?  
Qui desiderio perpeti nunc tui?  
Heu que non facimus vota? quibus sacros  
Postes maneribus cingere parcimus?

O D AE.

Quas non concipiunt preces?  
O saltem interea, quicquid agis, memor  
Nostrī viue ita te curribus aureis  
Rumor per liquidum gensemēs aera,  
Spectandum populis vehat.

Ad Nicolaum Denisotum Co-  
mitem Alsinoum.

B Acchus poetas & facit, & fonet  
Bacchus poetarum ingenia excitat:  
Bacchus novem prestat puellis,  
Et melior, potiusque Phebo est.  
Ter terna quisquis pocula sumperit  
Dulcis Falerni, sentiet hic sibi  
Calere diuino furore  
Carmina ad eiicienda mentem.  
Sic letus olim vixit Anacreon  
Cinctus virenti tempore pampino,  
Sic Ennius semper madentis  
Guttura carmina funditabat.  
Algantis at quo potus aqua iunat,  
Frigent eorum carmina, nec ferunt  
Aetatem. Ades, mecumque plenis  
Hic cyathis, Nicolae, certa.  
Ad tranda seris carmina posteris

## O D AE.

Vter que loto gutture concinet.  
 O dulce tormentum, ò grauatis  
 Certa quies animis Lyee!  
 Quenam, imperiti, pocula querimus  
 Vocalis vnda? quod bifidi duples  
 Montis cacumen somniamus?  
 Quam petimus, fatui, Hippocrenem?  
 Hæc Hippocrene est: unicus hic liquor  
 Vates suspendos efficere eualeat.  
 En, par pari gratus repende:  
 Hoc ego te cyatho saluto.

Ad Ianum Tilium  
Partheneticon.

**M**odus tenellis quis tibi ab vnguibus  
 Vite tenendus, lane, sit, accipe,  
 Benigna quem Natura fixit  
 Ingenio puerum sequaci.  
 Primum ergo amoreno numinis intimo  
 Serva usque fixum pectori, & illius  
 Ad iussa te compone: nulla est  
 Sors nocturna deum colenti.  
 Fac & parentes sis pius in tuos,  
 Honore & illos promerito colas:  
 Impunè nunquam sprenuit ullus.

## O D AE

A quibus ortus erat, parentes.  
 Fas & magistris, sint licet asperi  
 Nonnumquam, honorem reddere debitum.  
 Si quando te obiurgant, id illos,  
 Te quod dament, facere arbitrator.  
 Nam primula etas innumeris rapi  
 Affectionum turbinibus soleat:  
 Frenari eam quare & magistris  
 A si duo imperio necesse est.  
 Nil turpe facta dicere fas putat:  
 Que quisque gaudet dicere, eis quoque  
 Gaudere patrandis putatur.  
 Indicium sua cuique lingua est.  
 Discere & sodales quos tibi debet as  
 Parare: nam omnes consimiles ferè  
 Euadere illis affolemus,  
 Quescum agimus: neque pestilenti  
 Siquis frequenter vixerit in domo,  
 Nec si in malorum cœtibus, ut sibi  
 Contagio nol ob sit, unquam  
 Arte canere valerit villa.  
 Vide ergo ut illos, lane, pares tibi,  
 Quis esse te olim consimilem voles:  
 At immodestos quos videbis,  
 Et cane peius, & angue vita.  
 Laborem amato, dum inuenis riges,

H iii

ODAE.

Ut oceris, cum senium premet:  
Laboridesores nec villa  
Laus sequitur, neque splendor vllus.  
Hac si sub imo pectore clauseris  
Præcepta, Tili, spes bona nos tenet,  
Tuis, fore, vt maioribus te  
Persimilem videamus olim.

MARCI ANTONII MVRETI  
IVVENILIVM FINIS.

